Cum ex summi Viri Iosephi Scaligeri Opere plurimum profecerim: nolo hæc aliter accipiantur, quã à me proponũtur: scilicet ad instaurandam rerum notitiã, quas certatim hodie quærimus. Quicunq; hac mentione ad suam obtrectandi libidinem fuerit abusus: is & me & bonas literas insigni iniuria flagellauerit. Idem de cæteris dictum volo, pro cuiusq; merito.
** Ecce*
** Subsume Iosephum.*

Iosephus de Dauide: διέταξε δὲ μίαν πατειὰν ἄγχονεῖσθαι τῷ Θεῷ ὅτι ἡμέρας ὀκτὼ, ἀπὸ σαββάτου ἐπὶ σάββατον. Dixit octo dies ἰδιωγικῶς, cum essent tantum septem solidi. Lucas, ἐπλήσθησαν ἡμέραι ὀκτὼ τοῦ περιτεμεῖν τὸ παιδίον. Atqui ἐπλήσθησαν ἑπτὰ duntaxat. Sic πεντετηείς dicitur, quæ quatuor tantum annis solidis constaret. Hæc ibi:

At in additamentis fol. 747. sic

Tamen Xenophontis hac de re verba sunt hæc: τελευτῶντος ἤδη ἕκτος, εἰς ὃν ἐξ ἁμίλου, καὶ ὀκτὼ καὶ εἴκοσι ἔτη τῷ πολέμῳ ἐτελεύτα. Præter sex menses ait octo & viginti annos præterea huic bello absolutos fuisse. Sed vtitur idiotismo loquendi, viginti & octo annos, pro vigesimus octauus annus, quæ locutio apud *Iosephum, Plutarchum, Gregorium, Turonensem, & alios veteres frequens occurrit, quod mihi imposuit, & cautioribus imponere potest. Itaque qui hallucinari putant *Xenophontem, ipsi potius hallucinantur. Non enim est hallucinatio, sed ἀνωμαλία καὶ ἰδιωτισμός.

Et alibi excusat Taciti locutionem similem, qui eadem de causa *Tribunitiam Augusti potestatem continuatam* ait *per septem & triginta annos*; cum ne sex quidem & triginta solidi fuerint. Plura exempla suppeditabunt argumenta sequentia. In præsens illud solum considera, non posse ex hoc Iosephi loco scrupulos colligi temporum, vel ideò saltem quod non ita accuratus sit circa Regnum Herodis, vt fuit circa imperium Augusti: in hoc enim menses, & dies computandos sibi putauit, in Herode solos annos; scilicet inter vtriusque initii consules duo tantum paria consulum intersunt; sic vt annus captæ vrbis quartus sit ab anno regni traditi per Senatum.

Adde quod hoc pacto, si imperium Herodis, alium sensum literæ secutus, in 43. Iulianum termines, Archelaus ditionem solos 8. annos tenuisset, planeque falsum dixisset Iosephus de anno Archelai decimo. Sic altera manu Iosepho medicinam applicans non necessariam, altera atrocius lædes. Magis igitur ad fidem Iosephi, moremque Romanum est, vt dicatur Herodes mortuus anno 42. Iuliano, quod quidem ex sequentibus etiam argumentis patebit.

Atque hæc mihi supereſt controuersiola cum Suslyga: conuenimus interim in hoc vterque, Herodem non serius anno 43. Iuliano decessisse.

Iosephum plerumque nu-

Itaq; illi, qui annos Herodis regni 34. vel 37. à pugna Actiaca numerandos putant non verisimili coniectura nituntur. Quale namq; absurdum, eum, qui Herodis diarium confecit, vnde Iosephus omnia transcripsit, in hoc diuersissimo initio regni Herodis, hacque anno-